

mortuum pro nostra salute non credit. In auro vero simul uterque confunditur, quia et Machabeus de semine David secundum carnem natum non credit regem, et Arrianus Deo unigenito naturalem assignare nititur servitutem. Proinde uterque non experietur regem, a quo per fidem regatur, sed a quo infidelitatis crimine puniatur, quia ab uno dicinatis, ab altero carnis veritas denegatur. In iisdem muneribus confunditur etiam Nestorius, qui nititur Christum in duas personas dividere, cum videat Magos non alia Deo, et alia homini, sed uni Deo homini eadem munera obtulisse suppliciter. Non ergo dicidatur in personis, qui non invenitur dicens in donis. Propterea quippe unus idemque istis muneribus honoratur, ut unus idemque Deus et homo cognoscatur; haecenus s. Fulgentius. Quod si quispiam interroget, quare Christus in infantili aetate voluerit regibus apparere: huic interroganti tam eleganter, quam pie respondet s. Chrysologus (*serm. 3. de Epiph.*):

Saepe quaerimus, quare sic mundum Christus intrat, ut ventris experietur angustias, partus puniatur iniuriam, sustineat vincula pannorum, canabula toleret imbecilla, lacrymis uberum nutrimenta disquirat, aetatum gradus necessitates persentiat. Et qualiter venire debuit, qui voluit apportare gratiam, timorem pellere, quaerere charitatem? Natura docet omnes, quid valeat, quid mereatur, infantia. Infantia quam barbariem non vincit? quam feritatem non mitigt? quam crudelitatem non comprimit? quem non compescit suorem? quam non potestatem deponit? quem non insectit rigorem? quam duritiam non resoluit? quid non amoris exostulat? quid non affectionis extorque? quam non imponit gratiam? quam non impetrat charitatem? Hoc ita esse sciunt patres, matres sentiunt, probant omnes, viscera humana testantur. Sic enim nasci voluit, quia amari voluit, non timeri; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE BAPTISMO A CHRISTO DOMINO

IN IORDANE SUSCEPTO

ET EIUS ARCANIS

LIBER SEPTIMUS

HOMILIA PRIMA

Elucidantur verba illa: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; ubi multiplex causa designatur, ob quam Christus Dominus Agnus a Ioanne vocatus est.

Antequam de Christi Domini baptismo disserere incipiam, oportet verba proposita, quae praevie ad illum Ioannes dixit, ante eius tractationem discutienda praemittere. Sanctus Cyrillus, et Theophylactus (*super cap. 1. Ioan.*), illa enucleantes, observant, et merito, quod in Graeco non sine speciali emphasi dicitur Agnus ille, hoc est, Agnus ille, quem Prophetiae praenunciarunt (*Isa. 53*): *Quasi agnus coram laudante obmutescet.* Agnus ille, quem antiqui Patres enixe exposulabant (*ib. 16*): *Emulo Agnum, Domine, dominatorem terrae.* Agnus ille, quem lex praesignavit, praecipiens bis offerri in templo, quia divinus iste Agnus bis sacrificandus erat, matutino, et vespertino tempore, in infantia scilicet, et iuventute; siquidem in utraque pro nobis sanguinem effudit. Estque maxima observatione dignum, quod illud sacrificium significabat perpetuitatem beatitudinis, quam per huius Agni sanguinem consecuturi sumus (*Exod. 39*): *Agnos anniculos duos quotidie in holocaustum sempiternum, unum offerretis mane, et alterum ad vespertim.* Quem tandem Moyses praefiguravit, praecipiens filiis Israel, ut in egressu ex Pharaonis captivitate Agnum Deo immolarent: ut enim olim illi e servitute Aegyptiaca non ante fuere liberati, quam Agnus fuit immolatus; ita nos a tyrannica peccatorum servitute non ante sumus erepti, quam innocentissimus Agnus filius Mariae in victimam Deo Patri in ara crucis se offerret. Haec perpendens d. Augustinus (*tract. 7. in Ioann.*) ait: *Utiq; singulariter iste Agnus, CARTHAGENA de SS. Trinit. et Christ. Dom. — Vol. IV.*

nom et discipuli dicti sunt agni: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Agnus singulariter sine macula, sine peccato: non cuius maculae abstersae sunt, sed cuius macula nulla fuerit. Ipse Ioannes non erat agnus? non erat vir sanctus? non erat amicus sponsi? Ergo singulariter ille hic est Agnus Dei, qui singulariter huius Agni sanguine solo homines redimuntur. Duplicem autem ob causam docent Patres vocasse Ioannem Christum Dominum Agnum. Primo ad significandam exitum eius innocentiam. Praecipiebat enim Deus, ut Agnus sibi immolandum, qui Christi figuram gerebat, absque macula esset, masculus, et anniculus: absque macula, ut innocentiam; masculus, ut fortitudinem; anniculus, ut perfectionem adumbraret. Quam interpretationem docuit me Gregorius Nazianzenus (*orat. 4*) in haec verba: *Immaculatus Agnus est, et incorruptus, ut qui naevos, ac vitia, ac sordes a peccato manantes curret. Quamvis enim peccata nostra susceperit, et morbos portaverit, ipse tamen nihil eorum, quae curationis indigent, perpressus est.* Tentatus est enim per omnia pro similitudine nostra, ceterum absque peccato. Ille enim, id est daemon, qui lucem in tenebris lucentem persecutus est, id est Christum, eum nequaquam comprehendit. Masculus est, qui Adam fortitudine, ac robore superet, nihil muliebre, nihil molle, atque effeminatum gessit. Perfectus non modo propter divinitatem, qua nihil est perfectius, sed etiam propter humanitatem. Hinc est, quod cum Ioannem non lateret praecellens Christi Domini sanctitas, ac innocentia, non baptizavit eum eisdem caeremoniis, quibus alios. Est enim constans Patrum sententia, ut supra est ostensum, Ioannem baptizasse in nomine Christi venturi, sub qua forma manifestum est non baptizasse illum. Deinde Euthymius (*cap. 3. super Matth.*) refert ex multorum sententia, quod Ioannes unumquemque baptizatum in aquam ad collum usque immisum detinebat, quousque peccata sua confessus esset, et post confessionem a-

scendebat de aqua baptizatus. At Christus Dominum calamitatem, universam genus humanum iam prope funditus obruentem, clarissime inueniens, inmisit in medias turbulenti huius maris undas Agnum Dei sibi consubstantialem, Christum scilicet Dominum, qui perfecte adeo tempestate sedavit, ut aquae, quae olim tempestate Noe in interitum dabant homines, modo Christo in eis baptizato mirabili suae carnis contactu sanctificatae, ac sacramentali baptismatis institutione supernaturaliter elevatae, peccata occidant, animam vivificent, daemones abigant, Spiritus sancti gratiam nobis concilient, et obseratam regni caelorum ianuam aperiant. Antiquissimae referunt historiae, quod cum quidam Romani milites duci consulerent, ne die, quo ille bellum indicere tentabat, hostes aggrediretur, quia infelix, et infansus dies ille erat; ipsi responderunt: *Non hunc diem esse infansum festum reddemus.* Ita sane divinus iste Agnus aquas, quae adeo ingratae, et infestae hominibus extiterant, salutare toti humano generi, ac peccati morbo melendo iterum reddidit, de quibus iam Isaias praedixerat: *Haurietis aquas de fontibus Salvatoris.* Cui perge iam aliter expendere agnitionem Christi mansuetudinem. Multa quidem animalia demansuetudine, cornibus, pedum pernicitate, alia caliditate, et solertia, alia tandem veneno arum agna experimur; at agnus inermis incedit, nihil ferocitatis, nihil caliditatis, nihil veneni secum gerit, ut qui agnum videt, ipsam mansuetudinem intueri videatur. Ecce ergo Agnum Dei Christum Dominum mansuetissimum, non exarscescit, non bilis passione ardet, fulmina perit, pharetram suspendit, tela relinquunt, non fulminat, non tonat, non vibrat hastam, non evaginat gladium, immo nec vociferatur: *Non clamabit,* ait Isaias (c. 24), *neque audietur vox eius foris, calanum quassatum non conturbat;* quibus consonant alia eiusdem Isaias (cap. 53): *Tanquam agnus coram tondente se obmutescit.* Falsis quidem testimoniis tondentur eius honor, Agnus vero reticebat; tondentur sacrum corpus, Agnus silebat; sanguis eius in terram immaniter funderetur, et os suum non aperiebat. Olim quidem sacra Regum narrat historia, quod post horribilem ventum, post terribilem terrae motum, post voracissimum ignem, misit Dominus aerae leuis sibilum, et cum Elia locutus est. Non secus post Legem Moysis horribili in igne datam, non flammis ardentibus, ut in monte Sinai, non nubibus, non tonitruis, et fulgoribus septus, sed in sibilu aerae tenuis mansuetissimus Agnus venit, ut ait divinus Irenaeus (lib. 4. cap. 37): *Per haec,* inquit, *quae Eliae ostensa sunt, secundum hominem adventus Domini significabatur futurus post illam legem, quae data est ad Moysen, nullis, et tranquillis.* Olim quidem diversis valde nominibus Deus appellabatur. Leonem, pardum, et ursam vocavit illum Oseas (c. 13): *Ero eis quasi leonem, sicut pardus in via Assiriorum: occurram eis quasi ursae raptis catulis, et consumam eos ibi quasi leo;* al modo in aerea lege gratiae vocatur Deus Agnus, cuius tanta est mansuetudo, et humilitas, quod referunt historiarum naturalium, coram lupis in genua pro-

ma empyrei coeli puppi, grassantem peccatorum calamitatem, universam genus humanum iam prope funditus obruentem, clarissime inueniens, inmisit in medias turbulenti huius maris undas Agnum Dei sibi consubstantialem, Christum scilicet Dominum, qui perfecte adeo tempestate sedavit, ut aquae, quae olim tempestate Noe in interitum dabant homines, modo Christo in eis baptizato mirabili suae carnis contactu sanctificatae, ac sacramentali baptismatis institutione supernaturaliter elevatae, peccata occidant, animam vivificent, daemones abigant, Spiritus sancti gratiam nobis concilient, et obseratam regni caelorum ianuam aperiant. Antiquissimae referunt historiae, quod cum quidam Romani milites duci consulerent, ne die, quo ille bellum indicere tentabat, hostes aggrediretur, quia infelix, et infansus dies ille erat; ipsi responderunt: *Non hunc diem esse infansum festum reddemus.* Ita sane divinus iste Agnus aquas, quae adeo ingratae, et infestae hominibus extiterant, salutare toti humano generi, ac peccati morbo melendo iterum reddidit, de quibus iam Isaias praedixerat: *Haurietis aquas de fontibus Salvatoris.* Cui perge iam aliter expendere agnitionem Christi mansuetudinem. Multa quidem animalia demansuetudine, cornibus, pedum pernicitate, alia caliditate, et solertia, alia tandem veneno arum agna experimur; at agnus inermis incedit, nihil ferocitatis, nihil caliditatis, nihil veneni secum gerit, ut qui agnum videt, ipsam mansuetudinem intueri videatur. Ecce ergo Agnum Dei Christum Dominum mansuetissimum, non exarscescit, non bilis passione ardet, fulmina perit, pharetram suspendit, tela relinquunt, non fulminat, non tonat, non vibrat hastam, non evaginat gladium, immo nec vociferatur: *Non clamabit,* ait Isaias (c. 24), *neque audietur vox eius foris, calanum quassatum non conturbat;* quibus consonant alia eiusdem Isaias (cap. 53): *Tanquam agnus coram tondente se obmutescit.* Falsis quidem testimoniis tondentur eius honor, Agnus vero reticebat; tondentur sacrum corpus, Agnus silebat; sanguis eius in terram immaniter funderetur, et os suum non aperiebat. Olim quidem sacra Regum narrat historia, quod post horribilem ventum, post terribilem terrae motum, post voracissimum ignem, misit Dominus aerae leuis sibilum, et cum Elia locutus est. Non secus post Legem Moysis horribili in igne datam, non flammis ardentibus, ut in monte Sinai, non nubibus, non tonitruis, et fulgoribus septus, sed in sibilu aerae tenuis mansuetissimus Agnus venit, ut ait divinus Irenaeus (lib. 4. cap. 37): *Per haec,* inquit, *quae Eliae ostensa sunt, secundum hominem adventus Domini significabatur futurus post illam legem, quae data est ad Moysen, nullis, et tranquillis.* Olim quidem diversis valde nominibus Deus appellabatur. Leonem, pardum, et ursam vocavit illum Oseas (c. 13): *Ero eis quasi leonem, sicut pardus in via Assiriorum: occurram eis quasi ursae raptis catulis, et consumam eos ibi quasi leo;* al modo in aerea lege gratiae vocatur Deus Agnus, cuius tanta est mansuetudo, et humilitas, quod referunt historiarum naturalium, coram lupis in genua pro-

camber, et obmutescere, neque irae minime aliquid ostendere indicium. Quod et de Christo Isaias praedixerat (c. 42): *Non erit tristis, nec turbulenti.* Perit lignae sanctae haec verba ex Hebraeo veriant in hunc modum: *Non fumigabit, et non curret.* Fumigare irati est, iuxta illud (Psalm. 17): *Ascendit fumus in ira eius. Noster quidem agnus non fumigavit, ut iratus leo, nec ad laevandos homines furibundus, ut ursae raptis catulis, ecurrit, admirabili mansuetudine inflata tormenta, et illatas animas perterritas, et rugientes leones, immanesque lupos non alius, quam mansuetudinis armis superavit.* Unde egregie divinus Augustinus (tra. 7. in Ioan.) ait: *Agnus est, quem lupi temunt; Agnus est, qui leonem occisus occidit. Sanguine Agni victus est leo; et (Psalm. 131): Rex, inquit, noster mansuetudine vicit diabolum, Saecibat ille, iste sufferebat; victus est, qui saecibat; vicit, qui sufferbat. In ista mansuetudine Ecclesia vicit inimicos, etc.* Mansuetudine vicit Agnus, mansuetudine vicerit martyres, mansuetudine vicit Christianos; ira, animique exarscescentia vincitur: *Pascite agnos meos,* ait Petro Dominus (Ioan. ult. capi.), *et videlicet, agnos nos esse vult, utique imitatores mitissimus agnus.* Hanc eandem mansuetudinem idem Isaias singulari quadam metaphora praeselit (Isai. 11): *Habitavit, inquit, lupus cum agno. Insolitum quidem, lupum cum agno velle habitare, quem festinat occidere, ac devorare; sed Agnus Dei hoc habuit prae omnibus aliis singulari, ac proprio, ut cum ipso voluerit habitare lupi rapaces. Nonne lupum rapax erat Saulus? et tamen cum agno isto habitavit in coelo, domi aerae divina conspexit. Nonne cum ipso habitavit Matthaeus a lieutorum bonorum lupus rapax? Nonne tandem nulli alii lupi rapaces deposita ferocitate facti agni cum Agno habitaverunt? quotquot enim, quae sua sunt, quaerunt, lupi rapaces sunt; sed cum respiciunt ad bona conversi, facti agni novelli, cum Agno Dei in terris prius, deinde in caelis cohabitant. Hunc eundem Agnum in similitudine agni multi aenigmatibus circumsepti praevideit, alias Ioannes, dum ait (Apoc. 5): *Vidi, et ecce in medio throni, et quatuor animalium, et in medio seniorum Agnum stantem tanquam ovium, et habentem cornua septem, et oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram;* quam mirabilem visionem non aliter explicare audiam, quam pulchra, ac erudita fr. Simonis Cassiani elucidatione, qui in haec verba eam interpretatur: *In medio stabat, agnus tanquam ovium, quia, quavis surrexerat, tanquam occisus stat cum merito mortis usque ad finem saeculi pro omnibus, qui unam fidem de Christo tenuerunt. Animalia vero et Evangelicos viros; seniores ad eos qui in gratia, sicut in lege naturae, sicut in moysaica decesserunt, pertinent. Omnium sane istorum agnus occisus pro cunctis in se purgatorum accipit, in quem Ioannes Baptista intendens, digito indicavit. Et cornua septem videbantur habere, universalem videlicet potestatem ad repugnandas omnes adversarias potestates. Et oculos septem universas visiones, ut eius scientiam nihil possit effugere. Qui spiritus Dei dicuntur in-**

prohibites, aliqui invisibiles ad agenda; necnon et septem dandi spiritus, quae, ut mundus possit accipere, ipse meruit Agnus, qui Ecclesiam orthodoxam accipere uocorem. Et nuptiae agni venerunt, et uxor eius preparavit se, quam cooperuit byssino splendido, et candido quod nequaquam fecisset, nisi prius eius peccata lavanda in suo sanguine abstulisset, ut iustificari a Domino mereretur. Quod idem Ioannes secutus adiunxit: *Byssinum eius iustificationes sanctorum sunt. Et ipse agnus huius mundi consummato mysterio, lucerna eius erit in gloria aeternae claritatis;* haec ille. His addamus, quod etiam Ioannes dixit, *Ecce Agnus Dei,* significavit Christum Dominum agnum esse ex candida virginali suae carnis massa confectum, multisque virtutum gemmis, et margaritis ornatum, quo Ecclesia, ut eius sponsa, tanquam monili quodam, ac torque ornatur, ac decoratur. *Ad mortificationem abluat, et ad gloriam.*

His omnibus duplicem aliam rationem adiungamus; ob quam Ioannes apte satis Christum Dominum agnum vocavit. Prima, quia agnus ab agroscedendo dicitur, si credimus d. Isidoro (lib. Etym.). Tum quod matrem suam inter mille ovium omnino similes sola eius voce audita facile dignoscatur; tum quod lupum, quem antea miime noverat, cum primum videt, illum exerat, et ab eo discedit. Quae duo mirifice Christo consentiunt. Primum cum Verbum Patris sit, per potentiam cognoscitivam, et ex comprehensiva Dei cognitione necesse erat generari. Secundo, quia non solum, ut agnus, praesentem, sed futuram suam matrem ab aeterno agnovit, unde cum primum vocem audivit, *Ecce agnus Domini, non secus, ac agnus, cum ad ubera matris sugenda ceteri cursum acceruit, ipse in virginali Mariae thalamum continuo descendit.* Tertio, quia Christus Dominus ita elarum, ac limpida daemones truculenti, ac infestissimi lupi cognitionem habuit, ut de eo diceret: *Ille homicida fuit a principio,* quia cum primum me agnovit, velut immanissimus lupus sanguinem meum ebibere, ac me penitus perdere ardentissime desideravit. Tandem secundam causam subnectamus. Appellavit Christum agnum, ut summam utilitatem ex eo in nos emergentem praesignificaret. Agni omnia sunt utilia; caro, et sanguis eius nos cibant, lana, et pellic induunt, cornua, et ungues, immo, et villosa eius excrementa in medicinam nonnullis morbis curandis deserviunt, ut tradit nosser Anglicus. Omnia etiam, et singula vitus divini Agni, si attente contempseris, proficua, ac salubria reperies. Caro eius nosler est cibus, sanguisque potus, oculi eius intulit sanctificanti, manus lactu sanant, saliva coecos illuminat, vox mari, et ventis tranquillitatem donat, mortuos resuscitat, daemones torquet, peccatores convertit. Quae plura? respiratio, seu insufflatio eius Spiritum sanctum praebet (Ioan. 20): *Insufflavit, et dixit: Accipite Spiritum sanctum.* Ac tandem solum fimbriae illius vestimenti contactus fluxum sanguinis compressit. Ut autem Ioannes extimiam huius Agni virtutem expressius describeret, subiungit, talem, ac tam mirificam esse eius potestatem, ut ipse

solum existens sine peccato, posset omnium peccata delere (Ioh. 1): *Eccc qui tollit peccata mundi*: quod tamen universa veteris testamenti, tam eruenta, quam incruenta sacrificia praestare minime poterunt. Ut enim dicit Apostolus (Heb. 12): *Impossibile est sanguine taurorum, et hircorum auferri peccata*, quod Sedulius perpulchro cecinit carmine, dicens:

Mox praedicat Agnus
Eccc Dei veniens peccatum tollere mundi;
Tollere cum dicit, quod non habet, hoc mihi tollit.

Sed melius illo divus Chrysostomus (ho. 3. ad Neph. 1. 3) solita sua sic ait eloquentia: *Quid ait Moyses? sanguine ovis rationalem hominem liberare conseruit? Valde, inquit, Moyses, non eo, quod sanguis sit, sed quia Domini sanguinis per eum demonstratur exemplum. Nam sicut regnantium statuae nonnunquam ad se confugientibus hominibus subvenire conseruerunt; ita et sanguis ille homines liberavit: non quia sanguis fuit, sed quia Christi sanguinis ostendebat adventum*; haec ille. Tollit autem non certum genus peccatorum, aut unius hominis, vel gentis: unde in Apocalypsi dicitur (c. 3): *Agnus occisus est ab origine mundi*: eo quod peccata quaecumque in omni saeculo, et aetate delata, ac delenda, mirabili huius agni, et sanguinis sui virtute explata, et expianda sunt. Licet enim ad Hebraeos missus fuerit, sed non tamen propter solos illos, sed propter universum mundum: in Occidentem enim, Orientem, Septentrionem, Austrumque eius redemptio pertingit; quae mundi quatuor partes erump adumbat; in qua immaculatus Agnus est immolatus. Unde Ioannes inquit: *Ipsa est propositio pro peccatis nostris*, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Scio Graecum interpretem transulisse in singulari *Eccc qui tollit peccatum mundi*, ut divus Cyrilianus (lib. 1. de dupl. Mart.), Beda, et Theophylactus observant; quam lectionem sequuntur Evangelium Syrum, divus Ambrosius (in Ps. 118. et Ter. 12. et lib. 5. ep. 41. ad Simp. et lib. 9. ep. 73. ad Clement. et ep. 79. ad Irenaeum), Irenaeus (lib. 3. c. 11), et Hieronymus: tamen nomine peccati illud antiquum peccatum intelligitur, de quo divus Paulus: *Per unum hominem peccatum introiit in mundum*: quia illud fuit radix, et origo omnium peccatorum: atque adeo licet fuerit unum formaliter, multiplex tamen virtualiter. Mihi tamen magis placet, non significari ibi peccatum originale solum: nam singulari numero solet in sacra Scriptura tota rei natura, et in gens copia significari: unde (in Ezod. 8) dicitur: *Veniit musca gravissima*, hoc est, magna multitudo muscarum, ut ibidem versu 21. declaratur. Tollit autem Agnus iste peccata efficienter, quatenus Deus, quatenus autem homo multiplicitur: tum efficienter per sacramenta tamquam per instrumenta effectiva gratiae, tum vi meriti, et satisfactionis, tum tandem per modum sacrificii, non solum eruenti in cruce, sed incruenti in Eucharistia. Tollit vero illa cum summa sapientia, quia in adultis praeparationem exigit, ex divinae gratiae auxilio procedentem, qua

sine peccata decenter, et congrue non condonarentur. Egregie autem divus Chrysostomus (hom. 17) adnotavit, Evangelistam non dixisse, qui tollit, sed qui tollit peccata mundi, ut praesenti usus tempore vim connotaret, qua polebat Agnus, ad tollenda peccata significaret, eo modo, quo non consuevit dici ignis calefaciet, sed ignis calefacit, ut significemus naturam quidem sua omni tempore, omni loco, omnemque sibi subiectam materiam, nisi quid obslet, calefacere. Usus est autem Ioannes verbo ad eam naturalem virtutem exprimentam accommodatissimo: quia non dicit, qui remittit, qui tegit, qui non imputat, ut Calviniani, et Lutherani finxerit, sed *Qui tollit peccata mundi*; id est, qui penitus auferit, et radicitus evellit, ut perdocte Theophylactus animadvertit. Quamvis enim in iustificatis plerumque maneat reatus, seu obligatio ad poenam aliquam peccandi, et licet etiam maneat pristini vitiosi habitus, tamen illa per Christi gratiam exhibita satisfactione deletur, isti vero iteratis virtutum actibus abiguntur. Unde Agnus iste non tollit peccata, velut chyrrugus vulnera, qui non novit cicatrices delere. Tollit Agnus peccata mundi, sed non solum illa, verum et eorum cicatrices, et reliquias. Unde d. Chrysostomus dixit: *Ita Deus peccata delet, ut nec eorum remaneat vestigium. In corporibus quidem hoc non licet; quin etiam si milles laboret medicus, et imponat vulneri remedia, vulnus quidem tollit, cicatrix vero permanet. Deus autem eum delet peccata, neque cicatricem relinquit, nec permittit remanere vestigium, sed cum sanitate pulchritudinem quoque restituit. Apta quidem metaphora id explicuit Isaias, cum in persona Dei loquens dixit (c. 44): *Deleat ut nubem iniquitates tuas, et quasi nebulam peccata tua*; quemadmodum enim, cum vehementissimo flante vento, toto aethere nubes depellantur, et nullum illarum reliquunt vestigium: ita cum divina operante misericordia, toto animo peccata fugantur, sitque perfecte pro illis divinae iustitiae satisfactio, nulla prorsus illorum remanet macula, nullusque poenae reatus. Dicit etiam tollit, in praesenti, ad significandam perpetuitatem quandam, quia non solum immaculatus Agnus in cruce sanguine suo abstulit peccata, sed in virtute illius haec nunc tollit. Unde Theophylactus (praec. loco) ait: *Non dicit, qui abstulit peccata, sed qui tollit in praesenti: quotidie enim tollit peccata nostra*. Verum, quia verbum latinum *tollit*, et verbum etiam graecum et correspondens, duo habet significata; rei de qua agimus, valde consentanea; ideo secundum significationem bifariam praedicta verba, *Eccc qui tollit peccata mundi*, intelligenda arbitror: significat enim tollit, tum portare, iuxta illud (Jo. 8): *Tolle grabatum tuum: tum auferre, iuxta illud (Matth. 23): Tollite ab eo talentum*. Duplex igitur illorum verborum sensus: alter est, *Eccc Agnus Dei, ecce qui tollit*, id est, qui portat super se omnes gravissimum omnium peccatorum mundi, ut illa sanguine suo eluat: unde Isaias dixit (c. 53): *Iniquitates eorum ipse portavit*: et princeps Apostolorum (1. Petr. 2): *Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super**

lignum. Alter sensus est, *Eccc qui tollit*, hoc est, qui auferit peccata mundi: portando enim peccata abstulit, et auferendo portavit. Suo Iosaco Abrahamus lignorum pondus imposuit ad holocaustum; ut Agno suo Deus ponderosiora alia ligna imposuit, omnia scilicet mundi scelera. Ceterum silentio minime praeteribit, quam diversimode Deus olim, et nunc abstulerit peccata: olim quidem, et tempore Noe velut leo peccata abstulit mundi, immittens in omnem terrarum orbem inundantem aquarum copiam cunctos homines obruentem, paucis exceptis, quos divinitus arca servavit; et nunc peccata tollit, tamquam agnus, proprio cruce in ara crucis effusio hominum peccata expians. Aquarum diluvium non omnes homines inundavit; Octo enim animae in arca salvae factae sunt, ut testatur d. Petrus (1. Pet. 3); sanguinis vero Agni diluvium, quantum est ex se, omnium peccata occidit, et ut aiunt theologi, quantum ad sufficientiam, agnus immaculatus, pro omnibus, nemine excepto, copiose satisfecit: cui propterea sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA II.

Propinquant nonnullae causae, ob quas Christus Dominus baptismum Ioannis suscepit; primum tamen de natura huius baptismi concionatorio more disseritur. In christi baptisimo difficillem provinciam aggrediens, Magni Basilii verba, quae de baptismate disertius protulit, mihi in praesentiarum usurpare non dubitabo: Praeceptum de evangelizando baptismate prompto suscepimus, non tanquam, qui pro rei maiestate quidquam dicere queam, sed cum vidua illa, quae aerea minuta duo misit, ipse pro mea mediocritate aliquid conferam; haec d. Basilii, haec et ego. Divino namque inspirante flamine argumentum parum brittle, et a paucis elucidatum nonnulli illustrare conabor. Licet enim theologi nonnulla disserant de baptisimo a Christo suscepto, more tamen, ut aiunt, scholastico; concionatorio vero muneri consentanea paucissima doctores, leviusque edixerunt. In primis ergo Angelicus Doctor d. Thomas (3. part. q. 38. art. 22) docet, baptismi Ioannis institutum Deum fuisse, Ioannem vero promulgatorem; quod colligitur non obscure ex verbis eius, dum ait: *Qui misit me baptizare in aqua*. Cum vero ait Christum baptizatum in Spiritu sancto, aperte indicat, baptismum suum non contulisse gratiam: ideo enim condistinguens illum contra baptismum Christi, ingenue fassus est, se baptizare in aqua, Christum vero in Spiritu sancto: sic enim ait: *Ego baptizo vos in aqua; qui autem post me venturus est, ipse vos baptizabit in Spiritu*. Unde divus Thomas (3. part. quaest. 88. art. 3) ingeniose dixit: *Sicut ministri, et inferioris artificis est praeparare materiam ad fornax, quam inducit*

principalis artifex: gratia autem conferenda erat hominibus per Christum; secundum illud Ioh. 1. gratia, et veritas per Iesum facta est: et ideo baptismus Ioannis gratiam non conferbat, sed solum ad gratiam praeparabat tripliciter. Uno quidem modo per doctrinam Ioannes inducentem homines ad fidem Christi: alio modo assuefaciendo homines ad ritum baptismi Christi: tertio modo per poenitentiam praeparando homines ad suscipiendum effectum baptismi Christi. Unde falsa etiam est Donatistarum sententia, ut refert d. Augustinus (contra litt. Petilianae c. 32) asserentium, Ioannem baptizasse in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti; maxime quod in Actis Apostolorum refertur, baptizatos baptismum Ioannis, negasse Spiritus sancti personam unquam audivisse; quod seorsus fuisset si in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizarentur a Ioanne. Hinc etiam constat, baptismum Ioannis sacramentum non fuisse, cum gratiam non conferret. Patres tamen honorificis nominibus, quibus naturam eius explicant, illum honestant. D. Cyrillus (in Ioh. lib. 2. c. 57) appellat illum *Introducentium ad perfectionem*: Iustinus Martyr (qu. 37) *Praedictum seu proenium Evangelicis gratiae*: d. Thomas (3. part. q. 38. art. 1) *Sacramentale dispositum ad baptismum*: Theophylactus (sup. Mat.), *Praeparationem ad illum*: Origenes tandem baptismum ad eundem. Quia autem verborum forma Ioannes usus fuerit, incertum est, ex doctrina tamen colligitur gravissimorum Patrum hanc usurpassis: *Ego te baptizo in nomine Christi* venturi. Ita docet Augustinus, dum ait (l. q. vet. et nov. test. q. 29): *Baptismus Ioannis non fuit sine mentione Salvatoris*, et d. Ambrosius (lib. 1. de SS. cap. 7): *Ioannes quidem, inquit, adveniens Iesu, non in suo baptizabat nomine*. Subscribit eadem sententiae d. Hieronymus (c. 2. in Ioh.) d. Thomas (3. p. q. 38. art. 6.), noster s. Bonaventura (in 4. de 2. Mag. ibi.), et noster Alexander Alensis (c. 41. 49), et alii scholastici: postquam haec sententia non parum futeit ex insigni testimonio (Act. 19.), ubi habetur: *Ioannes baptizavit baptismum poenitentiae populum, dicens in eum, qui venturus esset post ipsum ut crederet*. Faleor tamen hinc Patrum sententiae obstare, quod cum miserant Iudaei sacerdotes, et levitas ad Ioannem, ut interrogarent eum an esset Christus, minime id interrogassent, si Ioannes in nomine Christi baptizasset: satis enim tunc eis constisset, eum non esse Christum. Postea tamen hinc obiectioni responderi, quod etiam sacerdotes, et legis periti sciebant Christum nascenturum in Bethlehem, iuxta illud: *Et tu Bethlehem terra Iudaeae nequamquam es minima, etc. Et te enim exciet dux, etc.* Probe etiam agnoscebat Ioannem non esse natum in Bethlehem, sed in montanis Iudaeae. Unde non obscure constat illis ex sacra Scriptura, illum non esse Christum, et nihilominus ab ea interrogatione minime se abstinuerunt: odium enim, quo persequerantur Christum, excitabat illos, et ad multa stulte agenda stimulabat. Sed iam pulsatum animam varias causas inquirere, ob quas Christus Dominus baptizari voluerit: nam si

cum rem mirabilem cernimus, continuo eius admiratio ad indagandas tantae rei causas animo sollicita: quid quaeso mirabilis, quam quod qui Deus erat, et fons sanctitatis, et gratiae, ad Ioannem divertat divina gratia indigentem, et ad illam donandum omnino impotentem, quia gratiam, et gloriam solus dat. Dominus quid deinde mirabilis, quam ipsam munditiam ad baptismum aquae quasi mandandum proferat? ac tandem quid admiratione, et stupore dignus, quam Christum Dominum omnis peccati expectem baptismum recipere, quem non nisi qui se peccatores profitebantur, suscipiebant? Accedit ad haec, quod primum movens in quolibet genere est immobile secundum illum motum: sicut coelum, quod est primum alterans, non est alterabile; ut verbis d. Thomae (3. p. q. 39. a. 1) utar: At Christus est primum baptizans, secundum illud (Ioan. 1): *Super quem videtur Spiritum descendentem et manentem, hic est qui baptizat.* Admiratio igitur dignum est illum baptizari. Huius igitur tam admirandi eventus par est diligenti indagare causas perscrutari. Primum dicimus fuisse, quod sicut avidas mercator, ubi lacrum lateris animadvertit, continuo accurrens properat, nec utlum lapidem immotum relinquat, ut illud sibi acquirat: ita Christus Dominus nostri Lucei, et utilitatis spiritualis, non suae, quae nulla ei accrescere, cupidissimus, occasionem nullam humilitationis, ut nos humilitatem doceret, praetermissit; et ideo in similitudinem carnis peccati veniens, sine omni tamen labe peccati, a Ioanne coram multis baptizari voluit. Unde non absque mysterio sacrum Evangelistam dixisse crediderim, Christum ad suscipiendum baptismum a Galilaea venisse. Cum enim Galilaea revolutionem et rotationem significet, non obscure innuit, quod cum Deus ipse in Christo latens, in similitudine peccatoris, venit ad Ioannem ab eo baptizandus, tota mundi machina rotari, ac universus inverfi, ac revolvitur mundus videatur. Cum abyssus bonitatis, et gratiae baptismum postulat ab homine, qui abyssus est totius miseriae, plane rotatur orbis, et quae superius esse debebant, in inferius deiciuntur. At hoc totum factum est, ut Dominus se humilium non exaltaret. Ut enim ad hoc ut rotae ima subleves, necesse est eiusdem rotae summa deprimere, cum infima non ascendat, nisi eiusdem summa descendat; ita quidem ut homo peccati labe iam ablutus ascendat ad Deum, Deus baptisimus a quem postulat descendit ad hominem: quod et Iordanis nomen praesertim, descensum significans, disertisque verbis testatur d. Ambrosius (lib. 2. in Luc.) dum ait: *Unus Christus versus, sed laevi omnes: unus descendit, ut ascenderent omnes: unus omnium peccata suscepit, ut in illo omnia peccata morerentur.* Secundam causam arbitror fuisse, ut baptismum suo aquas sanctificaret, et ad sacramenti baptismum quasi praepararet. Hanc tradunt multi Patres (super cap. 3. Matth. et Luc. et super cap. 1. Ioan. et Mar.). Eandem exhibent Chrysostomus (hom. 1. in Matth.), Hilarius (in cap. 2. eiusdem Evangelistae), Ambrosius (ser. 4. in Epiph.), Nazianzenus (in hom. eiusdem festivi), Origenes

(homil. 7. in Lucam), Hieronymus (in cap. 3. Matth.), et Theologi (in 4. dist. 2). Ad hanc rationem illustrandam meminisse legisse apud Philoem, quod tria reges ac regna firmant, et permanent; maiestas nimirum, gravitas, et beneficentia; idque ratione comprobant maiestas enim reverentiam parit, gravitas timorem, beneficentia amorem; validius vero et efficacius medium ad finem illum assequendum clementiam, et liberalitatem esse asserit, iuxta illud Sapientis (Prov. 20): *Iustitia, et veritas custodiunt regem, et clementia roboratur thronum eius.* Ab ipso mundi exordio usque nunc triplex legum fuit gradus, naturae scilicet, scriptae legis, et gratiae. In primo suam maiestatem coeli, terraeque saltem ostentavit, coelestes illos spiritus creans, ex coelo, et elementa firmans, atque ad extra suis locis collocans. Patet facti gravitatem in secundo, potentissimos reges acriter plectens, magnamque ad difficultatem in tempore servitutem, ac sacrificiorum varietatem efflagitans; at in tertio clementiam, ac liberalitatem palam fecit. Unde videmus, quod sicut utrumque aqua generalis diluivit mundum perdens, iram manifestavit: ita in aquis Iordanis suae misericordiae viscera dedit in reparationem generis humani, illas sanctificans. Sicut enim Eliseus sale fertiles reddidit undas Hierico; ferrum super aquas natare fecit; et Moyses ligno aquas Marah dulces reddidit; sique cornu tactu unicornis veneno fecit immanes: non dissimiliter Christus suae purissimae carnis contactu aquas purificavit, virtutemque saltem imperavit, ut qui velut aridum Naaman leprosus, sacri baptismatis aqua lotus fuerit, coelo purior, et sole nitidior, et rutilantior prodeat. Confabulantur Gentiles, quod Midiae Phrygiae regi, quia Bacchum hospitiis susceperat, concessum fuit, ut quidquid contigisset, in aurum verteret; quod annuente Baccho factum est; sed fabula haec veritati, quam in Christo experimus, non satis est: solo namque suorum sacratissimorum membrorum contactu aquis virtutem animas sanctificandi, charitatisque aurum in ipsas inserendi dedit. Ita quae sicut aquae a caliditate mineralium, unde flunt, saporem recipiunt; sulphuris, si sulphurea; auri, si aurea: similiter aquae in baptismo Christi carnem eius sanctissimam tangentes, talem, ac iam mirabilem ab eo virtutem mutuaverunt, ut peccatores sanctificent, ac divinae consortes naturae faciant, Petro attestante (2. Pet. 1): *Divinae consortes facti naturae.* Virtutem hanc undis baptismi collatam agnovit divus Augustinus (serm. 36) dum ait: *Ipsa aqua sola est, et sanctificata; ac si dicat: aqua universalis diluivit immunda, et coeno plena, abluta remansit, immo et sanctificata, et ad sacramenti baptismi materiam destinata.* Ex quo illud Ezechielis (e. 46) intelligi potest: *Erunt pisces multi satis, postquam venerint illic aquae istae, et sanabuntur, et vivent omnia, ad quae venerit torrens, et stabunt super illa pisces:* hoc est, venient pisces non pauci ad baptismi aquam, sanitatemque amissam recipient. Piscatores baptismi ministri erunt, et subdit: *Et in palustribus non sanabuntur, quia in salinas dabuntur;* quasi dicat: Qui in huius

baptismi aqua non alienaverint, salutem minime consequentur: alienigenarum enim aquae, Gentilium scilicet, Aethyopum, et Turcarum immundae plane, salsaeque, ac putridae sunt; e contra vero aquae postquam mundissimae virginicae carnis Christi contactu ebonestatae sunt, et ad eandem gratiam per institutionem baptismi supernaturaliter elevatae, animas emundandi, sanandi, vivificandi, caelestibusque divitiis locupletandi divinitus communicatam virtutem habent, ut aperte indicant verba Zachariae (e. 13): *Erit fons potens domui David in ablutionem peccatorum.* Multos quidem fontes et divinae, et humanae recensent litterae: omnes tamen hic, in quo Christus baptizatus fuit, oblivione sempiterna delet. Atque inter illos primum locum sibi vindicat fons, quem Deus in Paradiso ita abunde scaturire fecit, ut quatuor ab ipso flumina egrediantur: Phison, Gehon, Tygris, et Euphrates. Alterum etiam memoria dignum fecit fontem, cum in deserto aquam silice eduxit, ex quo non aliquid, quam igitur sperari poterat, adeoque fuit aqua suavis, ut mellis nonnem accepit (Psal. 80): *De petra velle saturavit eos.* Insignis quoque fuit Samsouis fons: ex mandibula namque assini magna effluxit aquarum copia. D. August. (lib. 2. de Civit. Dei c. 5) quendam memorat fontem apud Garamantas, qui die tam frigidus est, ut non bibatur, tam fervidus nocte, ut non langatur. S. Isidorus (lib. 13. etym.) refert, in Sardinia inventum fuisse portuosum adeo fontem, ut si quis latero eum delibaret, continuo visus privaretur, quo facti rem esse omnibus innotesceret. Huius fontis similis videtur fuisse zelotypiae potio, quae in lege veteri feminae de adulterio suspectae ad explorandum veritatem porrigebatur, quae si adultera erat, interibat; sin minus, nihil nocuum potio ei afferbat. Aristoteles etiam (lib. de mir. natur.) commemorat, in regno Cappadociae, in civitate nomine Iraana, hanc cuidam fonti infuisse virtutem, ut si ad eum, qui peleraverat, bibiturus accedebat, continuo quasi in illum insensivus aqua aspergebat. Et Tertullianus (lib. de anima) trium meminit fontium, quorum primus aqua sua velut vino inebriat: *Haud alter,* inquit, *titubatur, quam si mera vina bibisset.* Secundus vero miraculose adeo erat condonatus, ut qui illum bibissent, non modicum eloquentiam compararent. Tertius erat in Arcadia, cuius ebullita aqua necem inferebat, et eamque bibentem Alexandrum interis, auctor est Plinius. Solinus quoque (in Polystore) Phrygiae duos fontes narrat, quorum unus feminae bibenti eius aquam foecunditatem, alter sterilitatem conferebat: et Plinius (l. 26. nat. hist.) fontem quendam refert mirabilis adeo naturae, ut fax accessa in aquam eius immissa mirime exlinguatur. E contra vero d. Augustinus (lib. 2. de Civit. Dei c. 5) ait, in Epiro fontem fuisse, in quo fax extincta in aquam eius immersa accendebatur. Et Quintus Curtius (l. 4) tradit, in loco fatis Dei Ammonis quendam extitisse fontem, quem solis fontem vocitabant, qui in medio diei fervore aqua scaturiebat supra modum frigida: matutino tamen, ac vespertino tempore, uimis tepida. Et auctor Silvae

variae lectionis testatur, se vidisse fontem in sublimiori Germania, cuius aqua, quae in eam prociuebantur, in saxa convertebat. Mirabiles sane fontium, et prodigiosi, ac portentosi effectus, sed nequaquam comparari valent cum his, quos unda Iordanis, contactu Christi carnis in ea baptizati sanctificata, et in materiam sacri baptismatis ab eo supernaturaliter elevata, in fidelium animis causat. Narrat quidem Plinius (lib. c. 103), quod elutimus Annis boves qui eius aquam potant, miro candore donant. Haec, et alia naturae mirabilia, quae praecitati auctores commemorant, mihi incerta sunt; ut tamen certum omnino, hanc raram, ac inauditam sacri baptismatis esse virtutem, ut animas turpiditate peccati denigratas, iuxta illud (Thren. 4): *Denigrata est facies corpora super carbones,* cum primum earum corpora sub debita verborum forma contingit, exterio gratiae candore, et multiplice virtutum splendore decorantur.

His causis alias aliorum Patrum adiungamus, d. Augustinus (serm. de Epipha.) ait, propterea baptizari voluisse Christum, quia volebat facere, quod omnibus faciendum imperavit: hoc enim est, quod ipse dixit Ioanni (Mat. 3): *Sic decet nos implere omnem iustitiam.* Ut enim ait Ambrosius (lib. 2. in Luc.), haec est iustitia, ut quod alios facere velis, prior ipse incipias, et in alios horteris exemplo. Difficilis tamen videtur haec Augustini ratio: nam si quid congruentiae habet, probaret utique, non baptismum Ioannis, sed suo esse baptizandum Christum, quia non Ioannis, sed suum praecipit. Hanc difficultatem praesentibus divus Augustinus (trae. 1. in Ioan.) ait, auctoritatem dare baptismum suo indignatus est, ut cognosceret servi sui, quanta alicritate debebant currere ad baptismum Domini, quando ipse dignatus est accipere baptismum servi, et subdit: *Ut accipiens quod inferius erat ab inferiori, ad id quod superius erat hortaretur inferiori.* Similia profert d. Ambrosius (lib. 7. in Luc. prope f.) in haec verba: *Quid enim iam divinum ad populos provocandos, quam ut nemo refugiat laceraum gratiae, quando Christus venit ad remedium peccatorum.* D. Chrysostomus (ho. 4. in ep. imper. non longe a prin. lo. 2) aliam assignat causam suspensionis baptismi Christi: ait enim: *Quamvis ipse non esset peccator, tamen naturam suscepit in similitudinem carnis peccati: propterea etsi ipse baptismum non indigebat, tamen in aliis carnalis natura opus habebat: et in idem recidit, quod dicit d. Gregorius Nazianzenus (in sancta lunin. am.): Baptizatus est Christus, ut totum veteranum Adam immergat aqua. Venerabilis Beda (sup. Mar. 1), diversam viam ingrediens, distinctam aliam adhibet rationem: ait enim Christum fuisse baptizatum, ut Ioannis baptismum comprobaret, sicut circumcisus est, ut circumcisionem sanctam tunc esse exemplo suo commostrarat. D. Gregorius Nazianzenus (ser. 39) singularem aliam excogitavit causam. Christus baptizatus est ante suae praedicationis initium, ut ea res nobis documento esset, purgationem, animique submissionem*

nam prius adhibendum esse, nec concionandi provinciam ante suscipi debere, quam ad spiritualis, et corporeae aetatis perfectionem ventum fuerit. D. Augustinus (*l. 3. de mir. sac. Ser. cap. 5*) egregiam aliam assignat, dicens, Christum esse baptizatum, ut se daemones occurreret, existimanti illum ad baptismum accessisse tamquam lavacro, et purgatione indigentem, sicut olim legitur Samuel fecisse, qui se venisse dixit ad sacrificandum Domino, ut populo interroganti causam sui adventus, unioem Davidis, quem in regem facere veniebat, melius occultaret. Tandem aliam adiungimus causam, quod baptismus Ioannis quaedam sacra fuit caeremonia, baptismi Christi quasi praeparatoria. Ut autem Christus doceret sacras caeremonias non esse abiectas, sed religioso animo suscipiendas, eas ipse prius colit, et suscipit. Sunt namque sacra caeremoniae valde necessariae; perinde enim se habent respectu mandatorum, ac cortices, et folia respectu fructus: haec enim ad illum illaestum servandum natura providit, unde videmus, quod quia ficus mollior, et delicatior est, daris admodum foliis illam cooperit; amygdalinum vero fructum non nisi parvisis, et tenuissimis, quia cum delicatior esset, oportebat illum alio duriori cortice indere, quo indutus folii protectione non indiget. Ceterum iam exploremus, quomodo se habuit Ioannes in collatione sui baptismi, et Christus in eius susceptione: Ioannes autem, inquit Evangelista (*Matt. 3*), prohibebat eum: ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me? Hic oblatrat impius Brentius, quod imprudenter se gesserit Ioannes, Christum baptizari renuens: sed ipse sane, qui imprudentiae morbo laborat, digna quae laude sunt mordaciter vituperans. Sicut enim obstinata comprehendit solet importunitas, in modesta comprehendere debet Ioannis urbanitas: nam ut mater eius a Virgine visitata, admirabunda praedixit (*Luc. 1*): Et unde hoc mihi, ut Mater Domini mei veniat ad me? ita Ioannes Christi Domini maiestatem probe agnoscens, ab eo in Iordane visitatus, ut ab eo baptizaretur, stupens dixit: Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me? Haec enim ratione magis innolescere faciebat Christum populo, cui tantum honoris Ioannes deferrebat. Ceterum Christus Dominus, quia a Ioanne baptizari decreverat, respondit ei (*Matth. 3*): Sine modo: sic enim oportet nos implere omnem iustitiam, hoc est, verbum, et exemplo; opera, et sermone humilitatem docere, et sacras caeremonias, non solum, quae sunt in praecipuo, sed in consilio, admissum observare, et debitum eius honorem deferre. De modo autem, et quomodo Christus ablatus fuit, apud Abulensem (*super Matth.*) reperi, baptismum fuisse per immersionem: unde Caietanus ibi inferi, non ergo per aspersionem, aut desuper infusionem, sed per solum immersionem corporis baptizatus est Christus a Ioanne. Est autem etiam per se manifestum, quod si forma, sub qua Ioannes baptizabat, erat in nomine Christi venturi, hanc non exhibuisset in baptismo Christi: an autem forma usus fuerit, vel qua, solus Deus novit. Ut tamen mira Christi humilitas, et sin-

gularis Ioannis dignitas, dum Christum baptizant, magis elucescat, obsecro contempleris, Christum non solum, ut privatam hominem, sed in eo omne genus humanum, tamquam in capite constitutum. Quid enim celebris, aut admiratione dignius spectaculo exogitari potest, quam Christum verum Deum, et hominem, totumque genus humanum supplex a Ioanne Iordanis caeremoniam, mundationem significantem, postulare? Plane postulavit Christus, sed etiam homines in Christo: quia nec Deus ex se postulare mundationem poterat, nec homo ex se solo eam impetrare. Deus ergo existit in homine, ut possit postulare, et homo postulat in Deo, ut possit impetrare. Non erat Deitatis aliquo egere, non erat humanitatis gratiam promereri; iungitur tamen Deitas cum humanitate, ut Deus petat, et homo promeratur.

HOMILIA III.

De excellentia huius mysterii mira in Patribus dicuntur, et variae eius circumstantiae multiplici eorumdem Patrum eruditione illustrantur.

Excellentiam huius festivitatis contemplantur d. Augustinus (*serm. 36*) singularem quandam, ad inauditam ad eius commendationem exogitavit similitudinem. Comparat enim baptismum Christi esse eius nativitate, in haec verba: Natalis hodie alter est quodammodo Salvatoris: nava isidem cum signis, isidem miraculis cognoscimus eum genitum, sed nunc maiori mysterio baptizatum. Denique Spiritus sanctus, qui tunc illi in utero adsuit, modo eum in gurgite circumfalsit: qui tunc Mariam existificavit, nunc fuenta sanctificat. Pater, qui tunc obumbravit in virtute, nunc clamat in voce: et quasi maturiore consilio qui tunc umbram praestitit nativitati, modo testimonium perhibet veritati. At enim Deus: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit: haec ille. Quod si quaeras ab Augustino, utra nativitas praeclearior fuerit? his verbis respondet: Praeclearior est secunda, quam prima nativitas. Probat sic: Illa enim sine teste, silentio Christum genuit: ista cum divinitatis professione Dominum baptizavit: ab illa se Ioseph, qui pater putabatur, excusat: in hac se Pater, qui non credebatur, insinuat; ibi laborat suspitionibus mater, qui professione dicerat pater; hic honoratur genitrix, ubi divinitas Filium protestatur. Honorator, inquam, secunda, quam prima nativitas: siquidem Pater hic Deus maiestatis inscribitur; illic Ioseph artifex aestimatur. Et licet in utraque Dominus per Spiritum sanctum et natus sit, et baptizatus; tamen honorator est, qui de coelis clamat, quam qui in terris laborat, id est Ioseph; haec Augustinus. Hanc comparationem videtur mihi s. Augustinus didicisse a magistro suo d. Ambrosio, qui ad catholicam religionem eum convertit: ille enim (*serm. 1 de Epiph.*) ait: Hanc

festivitatem natalem appellandum puto; tunc enim natus hominibus, hodie renatus est sacramentis: tunc per Virginem editus, hodie per mysterium generatus. Cum secundum hominem nascitur, mater eum sinu circumfovet; cum secundum mysterium gignitur, Pater eum Deus voce complectitur; haec d. Ambrosius. Verum et aliunde etiam excellentiam huius mysterii venari possumus. Nam antea Filius Patris in sinu delitescens, et in humana etiam natura iam assumpta absconditus adeo erat, ut etiam inter homines degens ab eis non agnosceretur, Ioanne dicente (*c. 1*): Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. Latebat quidem sub carne Deus, sub nube sol, sub concha pretiosissima margarita, sub agro thesaurus, sub modio lucerna ardens, et lucens. Ait autem Spiritus sanctus (*Eccl. 20*): Sapientia absconsa, et thesaurus invisus quae utilis in utrisque? Hinc igitur excellentiam huius festivitatis nobis innotescit, quod universus terrarum orbis nihil fidei, spei, charitatis, gratiae, et aliorum supernaturalium donorum percepisset ex Christi mira sapientia, thesauroque opulentissimo, si hominibus ignotus semper in terris latuisset. Baptizatur ergo Christus in publico, ut publicam sui manifestationem faciat, ut non obscure indicant verba d. Ioannis, dum ait: Ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Unde quemadmodum prius lucifer respendet, deinde sol lucis suae radios in orbem diffundit; sic prius Ioannes luciferi instar fulsit, post eum vero sol splendidissimus Christus, fulgorem suum per Iudaeam sparsit, summo splendore illam irradians. Qui enim splendidiores radii esse possunt portentes illis, quae in Iordane visa sunt? obseratae coeli portae panduntur, nave columba Spiritum sanctum demonstrans e coelo in Christum devolat, et vertici capitis eius insidet, vox admirabilis insonat: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. Hi omnes radii sunt fulgentissimi: nam licet baptizatus humilitatem non modicam praeseferebat, divinitatis tamen suae indubitata indicia, verisimaeque signa nobis patefecit. Unde si signum petunt de coelo Iudaei, non signum unum, sed plura habent caelitus demissa, quae tamquam radii splendidissimi solem, qui obscura carnis nube tegebatur, demonstrant. Latuerat haecenus summus mundi doctor, et ad trigesimum usque annum siluerat, exceptis paucis verbis, quae, cum esset duodecim annorum, inter doctores a Matre reperitus, locutus est. Quomodo rogat eum Bernardus (*serm. 1 de Epiph.*): Quomodo dissimulas? quantum virtus, et Dei sapientia quasi infirmus aliquis, et insipientis latens in populo? quantum nobilis rex: coeli fabri filium te patris appellari, pariter et reptari? Magno Bernardo respondemus, siluisse Dominum usque ad aetatem triginta annorum, ut hanc nos praedicationi congruentem esse doceret, ut gravissimi Patres atestantur. Cyprianus enim, vel quicumque est antiquissimus ille auctor de operibus cardinalibus Christi, ait trigesimi anni aetate tempus doctrinae insinuationem esse rationabile, et ante has metas perperam invadi magisterium: data est forma,

quia non competit impubibus sedere in cathedra. In primogenitis namque aratio lege est interdicta. Eld. Gregorius Nazianzenus (*de Baptis. Christi*) huic eidem sententiae subscribens, inquit: Christus baptizatur annus agens trigesimum, et tu ante lanuginem senes doces, aut docere te posse credis, nec ab aetate, nec a moribus fortasse auctoritatem habens? Ac deinde Daniel profertur, ac nonnulli alii in iuvenili aetate iudices, atque in lingua exempla versantur. Quisquis enim inique agit, ad sui defensionem promptus, et paratus est. At pro Ecclesiae lege nequaquam censendum est, quod raro accidit, quandoquidem nec hirundo una ver efficit, nec Geometram una linea, nec navium una navigatio, et. Hinc tandem est, quod d. Gregorius Papa (*hom. 1. in Ezechiel.*) docet, nullum debere esse praedicatorum, vel Episcoporum minorem triginta annorum, nisi evidentissima sanctitas, aut prudentia superaret aetatem, sicut accidit Ioanni Evangelistae, Tito, et Timotheo.

Porro iam nonnullas huius mysterii circumstantias attente scrutemur. Locum prima occurrat discutienda: Venit enim, Ioannes ait, evangelizans in omnem regionem Iordanis. Potuisset sane Ioannes divertere ad fontem aliquem, ut homines baptizaret. Si enim in Actis Apostolicis legitur Eunuchum reginae Candacis Aethyopum a Philippo baptismum, cum venissent ad quandam aquam; manifestum est, satis utique fuisse fontem, ut Ioannes quoscumque ad se venientes baptizaret. Sapienter tamen copiosum Iordanis flumen elegit. Primo, ut ingentem esse sordium cumulum populi Hebraei manifestaret, adeo ut non quaequam quantitas aquae sufficeret, sed magna copia opus esset: quia quanto plures sordes, tanto maior aquae abundantia ad eas delendas necessaria est. Unde optime d. Petrus Chrysologus ait: Venit Ioannes ad Iordanem, quia Iudaeus sordes non poterat hydra iam lavare, sed flumen per potentiam, et fidem. Secundo, ut ingenti illa aquarum exuberantia praesignificaret, divinarum charismatum copiam per aquam baptismi Christi in lege gratiae communicandam, iuxta illud, quod dixerat Ezechiel (*c. 36*): Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Tertio, quia locus ille congruebat mysterio, ait enim Ioannes (*c. 2*), quod baptizabat in Ennon, iuxta Salim: haec enim verba explicans doctissimus Simon Cassianus ait: Solertius etiam locum Evangelista deseruit, qui iuxta Salim erat sepitidum, et trans Iordanem, ubi Melchisedech sacerdos Dei summi longe ante regnaverat, qui panem, et vinum Abrahae a caede regum revertenti obtulit, et ab ipso decimas oblatas accepit, ut sacramenta in unum convertere crederent, et exprobre omnia in salutem, et veteres figuras, delectaque veritates ad se invicem versa vice conveniant; haec ille. Quarto Iordanis flumen Ioannes prudenter elegit, quia, ut scribit eruditus Adrichomius (*in descriptione tribus Benjamin*), ille locus erat, per quem in terram promissam Israelitae introierunt. Unde ait, cum Ioannes dixit, Potens est Deus de lapidibus istis succurrere se-